Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift

8.

Carmine ppetuo celebrare et
Vndiq decerptam fronti pponere oliuam;
Plurimum in iunonis honorem
Aptum dicit equis argos ditesq mycenas;
Me nec tam patiens lacedemon
Nec tam larissae peussit campus opimae.
Quam domus albuneae resonantis
Et praeceps anio ac tiburni lucus et uda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus ut obscuro deterget nubila celo
Saepe notus neq parturit imbres
Perque uos sic tu sapiens finire memento
Tristitiam uitaq laboresq
Mollis plance mero seu te fidentem fulgentia
Castra tenent seu densa tenebit
Tiburis umbra tui teucer salamina patremq
Cum fugeret tamen uda lyeo
Tempora populea fertur nexisse corona
Sic tristis affatus amicos
Quo nos cumq feret melior fortuna parente
Ibimus o socii comitesq
Nil desperandum teucro duce et auspice teucro
Certus enim promisit apollo
Ambiguam tellure nouam salamina futuram
O fortes peioraq passi